

Rev. Admod. & Eximio Patri

REV. PATRI

ZACHARIÆ ROSLET

Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula Sacræ Theologiæ Professori
emerito, Concionatori Celeberimo, Provinciæ Campaniæ semel,
& iterum ex Provinciali, olim pro Natione Gallica Col-
legæ, seu Assistenti Generali, ac in præsentia-
rum Zelofo, seu Procuratori Ge-
nerali dignissimo, ac
Zelantissimo.



N tibi R. Adm. & eximie Pater, Ordinis no-
stri Rituale, seu Cæremoniale, quod quidem
nec gloriosius, nec felicius in lucem rursus
prodire potest, quam sub tuis validissimis au-
spiciis, quibus Ordo ipse universus potentèr,
fortitèrque protectus quiescit securius, regitur
tranquillius, & splendet illustrius, & sanè
explicari pro dignitate non licet, quantus ex tot tantisque virtutum
tuarum radiis Religioni nostræ splendor accesserit, quantumque glo-
riæ, ac decoris ipsius licet ingens cumulus, sapientia, & laboribus
tuis excreverit. Te nondum teneræ ætatis limites egressum Philoso-
phicas,